# Argentea.

In una parte.

1. Julius cæsar cernitur, uelato capite, et laure=
atus, læuo conspectu, cum adscriptione l̃raꝫ=
rum, IVLIVS CAESAR.

In altera.

Mineruæ simulachrum tunicatum, exerta ma=
milla læua, prona facie, ad dextram spectat,
una Victoriam laureæ palmæq; donatricē
tenens, læua summam hastam. In solo
scutum adparet. Inscriptio. P. SERVILIVS
MACER. Nummum eum argenteum habeo
ego domi meæ.

In una parte.

2. Julius Cæs. depingitur laureatus, læua facie,
aperto collo, cum nominis Epigraphe. IVLIVS
CAESAR.

In altera.

Biga animosus iuuenis thoracatus, dextra telũ
uibrans, læua scutum magnum habens, sinist=
rorsum raptatur celerrime. Circense id
nimirum ludicrum est. Varijs enim cer=
taminibus Romana iuuentus exercebatur
in Circis. infrà legitur. M. METELLVS. Hunc
nummum argenteum apud me domi habeo.

In una parte.

3. Julius Cæsar ad sinistram respiciens, laurea co=
rona redimitus, ad ceruicem Simpullum, cum
infixo